



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

LXXI. Bonifacius V. Anno Christi 619. Heraclii Imperatoris 10.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

*Et sacrificare idem sunt, unde Et Actio dicitur ipsa consecratio in Canone: infra Actionem, & Agenda saepe usurpatur pro Missa, Vide Bonam lib. I. Rer. Liturgic. cap. 14. §. 4.*

LXXI.

BONIFACIUS V.

ANNO CHRISTI 619.

HERACLII IMPERATORIS 10.

Bar. an. 617. §. 3. Pag. §. 3. **BONIFACIUS V.** Joannis filius, Neapolitanus, anno 619. X. Kal. Januar. Pontificatum accepit, gessit-

Bar. an. 625. §. 10. Pag. §. 14.

que annos quinque & menses decem, mortuus anno 625. ante diem XI. Kal. Novembris. Hic ab Heterodoxis in eo est reprehensus, quod in epistola ad Eduinum Regem Anglorum, quâ eum hortatur ad Fidem Christi suscipiendam, docuerit, Christum ab *solo* Originali peccato nos redemisse. Primum nego, vocem illam *solo* in ea epistola existare, (1) deinde si existat, nego esse reprehendendam. Quod enim Bonifacius meminerit solius Originalis peccati, non aliorum peccatorum, causa fuit, quia peccatum originale est principale.

pale, & propter quod delendum principaliter Christus mortuus est. Unde Joan. I. 29. legimus: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, Græcè, τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου, *id est peccatum illud mundi, hoc est peccatum originale, quod solum est commune toti mundo. Nam plurimi nullum aliud habent, ut omnes pueri (2).*

## ANNOTATIONES.

(1) Exstat epistola apud Labbeum tom. V. Conc. pag. 1660.

(2) Bellarminus de Rom. Pont. lib. 4. extremo cap. 10.

## LXXII.

## HONORIUS I.

ANNO CHRISTI 625.

HERACLII IMPERATORIS 16.

**H**ONORIUS, Petronii viri Consularis filius, natione Campanus, anno 625. VI. Kal. Novembr. Pontifex creatus inauguratusque est.

(1) Ne Anglorum Ecclesiæ principis deesset, Eduinum Regem per litteras hortatus est, ut in suscepta Catholica Religione perseveraret. Scotos Pascha celebrantes præter legem

Bar. an.  
626. §. 1.  
Pag. an.  
625. §.  
16.

U 5

gem